

tium tam voluntarium quam debitum. § [25] Patri ac pastori suo quam venerabili tam desiderabili oves pascuę eius, scilicet clerus et populus, senes cum iunioribus, divites cum pauperibus, unanimi devotione sedulas orationes. § [26] Reverentissimo^m episcopo et in Christi membris valde honorando tota Babenbergensis congregatio servitutum cum perpetua orationum instantia. § [27] N. dei gratia rex archiepiscopis et episcopis, marchionibus et comitibus et cuiusque dignitatis ordini bonę suę voluntatis gloriosam dignationem. § [28] Beatissimo domino et sincera caritate diligendo illius ęcclesię venerabili episcopo fraternam dilectionem in eo, qui prior dilexit nos et tradidit semet ipsum pro nobis, Iesu Christo domino nostro. § [29] Dilectis in Christo fratribus et dominis archiepiscopis, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, principibus imperii Romani, maioribus et minoribus, clero et populo, sanctę ęcclesię cultoribus N. dei gratia id, quod est, fraternam dilectionem, debitam servitutum et perpetuam in domino salutem. § [30] Domino et patri venerando cum fidei orationum instantia N. devotissima ac semper parata servitia. § [31] Invictissimo Romanorum principi totius regni monarchiam strennue gubernanti N. dei suique gratia id, quod est, Christo sub principe quieta pace quandoque triumphare. § [32] Orationis et servitutis devotionem. § [33] Tam promptam quam debitam servitutis et orationis certitudinem. § [34] Dignissimo presuli N. indignus et exiguus N. claustrī decanus licet exiguum orationis (et) servitutis suę munus. § [35] Domno suo et venerabili patri N. humilis ecclesia ex sincero affectu devotissimas orationes cum debite subiectionis obsequio. § [36] N. comes N. comiti salutem, fidelitatem et perpetuum bonum. § [37] Domno regi N. comes a deo coronam eterni regni, ex se promptissima servicia. § [38] Domino et patri suo quicquid in vera dilectione nunc et semper patri debetur ac domino. § [39] Domno episcopo humilis congregatio, si quid contritorum valet oratio. § [40] Singulari domino suo vere suus quicquid suus. § [41] Domino suo tam devotum quam debitum totius dilectionis et humilitatis obsequium. § [42] Dilecto domno et amico suus presens, suus absens salutem ac debite caritatis affectionem. § [43] Serenissimis dominis et reverentissimis fratribus N. episcopus cum orationis instantia servile obsequium ac semet ipsum ad omnia deditissimum. § [44] Domino suo imperatori humilis congregatio exultare in domino et feliciter triumphare de adversario. § [45] Dei gratia illius ęcclesię provisor indignus sincere caritatis obsequium. § [46] Summę devotionis obsequium cum orationum

m) Reventissimo *Hs.*